



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Parcißimè edit. 35

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

id demum foret, animi imperio
 vti. Per dies præterea singulos, si-
 ue diuina fierent, siue vespertinis
 vltimisq; precibus opera dare-
 tur, adesse cum egregia quadam
 voluptate perseuerabat. Scilicet
 animus iam illi ad cælestia capiē-
 da facilis cereusq; erat, & quem
 sacra odaria miris illecebris per-
 cellerent.³⁵ Victus lautitias que-
 ritabat, modici panis crustulum,
 pro stipe repertum; quod interdum
 haud sæpius semel cum fontana
 capiebat. Idq; eiuscemodi ieiun-
 nium censuit die solum Domini-
 co temperandum; quo confiteri
 de noxijs, & epulo frui Eucharisti-
 co insuerat. Per hæc tam pertina-
 cis cæpti studia, breui ita se mace-
 rauit, vt iuueni nuper robustissi-
 mo, formam crederes omnē gra-
 tiamq; defluxisse; neq; vires, nisi
 animæ retinendæ necessarias su-
 peresse.³⁶ Cæterū, vt corporis il-
 luma